

Recognitio Andreae Schamotulsky Castellani Calischiensis, quod satisfactum sit ei à Rege Alberto pro omnibus summis, in quibus Castrum Myedzyrzecz tenuit.

53

Andreas De Schamotuli Castellanus Calischiensis recognosco tenore presentium, omnibus et singulis quibuscumque expedit presentibus et futuris. Quomodo postquam ex mandato literali Serenissimi Principis et Domini, Domini Johannis Alberti Dei gratia Regis Poloniae, Supremi Ducis Lithuaniae Prussiae Rutheniaeque Domini et heredis etc. Super Castrum Myedzyrzecz Opidaque eodem nomine vocatum, aliud Squirzina, villasque et omnes proventus et utilitates eorum, literas et inscriptiones, mihi sive antecessoribus meis pertinentes coram sua Regia Majestate novissime in Polonia reposita ipsem. Et tunc lectis et debite conspectis literis, et inscriptionibus praefatis Michi super praefatum Castrum Opida et villas, cum omnibus illorum proventibus legitime pertinentibus satisfecit, Michi sua Regia Majestas pro omnibus summis tam florenorum, quam etiam grossorum lotorum

rum, quam etiam communiter curren-  
tium pecuniarum in prefatis literis  
et inscriptionibus contentis inclusis et  
expressis, et inscriptis plenarie, simul,  
et ex toto, De qua plenaria et totali so-  
lutione per me realiter percepta, Su-  
am Regiam Majestatem Successores  
que ejusdem Majestatis legitimos te-  
nere presentium quitto, et liberum li-  
berosque dimitto perpetue et in eam,  
acceptaque solutione predicta, dictum  
castrum Myedayreez, una cum opidis et  
villis prenomminatis, cum omnibus eo-  
rundem proventibus, et utilitatibus,  
fideliter prout tenebar sue Maje-  
stati resignavi, condescendi, et resti-  
tui. In cujus rei testimonium meum  
sigillum sub appendi. Datum Pozna-  
nie feria quinta ante festum con-  
ceptionis gloriose virginis Marie,  
Anno Domini Millesimo, quadringen-  
tesimo, nonagesimo tertio.

Andreas Castell. Calisien  
propria manu

132.

Ta hospia przepisana z Orzynatu  
paryaminowego, ulitowego wisi pie-  
czec na dawiasce paryaminowej.  
Roku 1704. Dnia 12. Wrzesnia.